PROPOSITIONES

DE IURE NATURALI, AC REGIO CASTELLÆ,

ET INDIARUM

DEFENDENDAE

A D. FRANCISCO XAVERIO URRUTIA

SUB DISCIPLINA

D. D. IOSEPH MARIA ALVAREZ

IURIS CIV. PROFES.

GUATEMALAE M.DCCC.VII.

APUD D. EMMANUELEM DE AREVALO.



DEO OPTIMO MAXIMO

SUPREMO RERUM OMNIUM CONDITORI,

FRANCISCUS YGNATIUS DE URRUTIA

TRIDENTINI COLLEGII ALUMNUS

HAS DE JURE CIVILI PROPOSITIONES

OFFERT ET CONSECRAT

QUAS SUSCIPIT PROPUGNANDAS

GUATEMALAE

Die 12 mensis Junii anno M.DCCC.VII.

EX LIBRO II. INSTITUTIONUM IURIS CIVILIS.

AD TIT. I. ET II.

De rerum divisione et adquirendo ipsarum dominio.

PARS I. DE RERUM DIVISIONE.

REi adpellatione hic intelligitur quidquid existit, et hominibus quamcumque utilitatem praestare potest.

Hae vel divini iuris (sic à iurisprudentibus dicti) sunt, vel humani.

§. I. DE REBUS DIVINI IURIS.

DIvini iuris dicuntur res sacrae, et ecclesiasticae.

Sacrae vocantur res quas vel solemnis ritus, vel pius usus divino cultui dicavit. (1)

Ecclesiasticae autem quae Eclesiae sumptibus, et ministrorum sustentationi sunt destinatae. (2)

Res itaque huiusmodi in nullius bonis sunt. (3)

Ergo alienari non possunt nisi necessitas, utilitas, aut pietas intercesserit, et non sine debita solemnitate. (4)

Rebus sacris adciscuntur loca religiosa, seu coementeria fidelium corporibus humandis solemni benedic-

(1) l. 13. tit, 28, Partit. 3. == (2) l. 12. eod. tit. == (3) l. ead. == (4) l. 2, tit. 5. lib. 1. Fori Reg. 1. ac 2. tit. 14. P. 1. 6. et 7, tit. 2. lib. 1. Rec. Cast.

nedictione destinata. (5)

Locus igitur religiosus non erit ob solam mortui corporis illationem.

In America concessum erat ut fidelis quisque sibi sepulturam eligeret in quacumque Ecclesia civitatis aut loci. (6)

Hodie vero ut pestilentiae periculum arceatur coemeteria extra urbes in locis patentibus aedificari praeceptum est. (7)

§. II. DE REBUS HUMANI IURIS.

HAe dividi solent in communes, publicas, universitatis, et singulorum. (1)

Communes adpellantur quae quoad proprietatem sunt nullius, quoad usum vero omnium, etiam animalium, uti äer aqua cet. (2)

Publicae sunt quarum usus ad omnes gentes pertinet: proprietas vero soli nationi, eiusve summo Imperanti competit, ut flumina, portus ripae. (3)

Res universitatis dicuntur, quae quoad proprietatem sunt universitatis, quoad usum vero singulorum ex ea universitate. (4)

Tales sunt termini publici, exitus, et pascua civitatum, aut pagorum. (5)

Bona vero quae universitas ita adquirit, ut usus non pateat singulis, patrimonium adpellatur civitatis: vul-

---

(5) Ritualis hui Archiepisc. tit. 2. de Benedict. §. 7. == (6) l. 1. tit. 18 lib. 1. Recop, Ind. == (7) Reg. Sch. 15. Maii. an. 1804. == (1) l. 2. tit. 28. Partit. 3. == (2) l. 2. eod. tit. == (3) l: 6. tit, 28. P. 3. == (4) ll. 2. et 9. eod. tit, == (5) tot. tit. 7. lib. 7. Rec. Cast. et ll. 13. et 14. tit. 7. 5. 7 et 8. tit. 17. lib. 4. Rec. Indiar.

vulgo *propios de ciudad.* (6)

Haec bona onera habent ordinaria, seu determinata, et extraordinaria, semper vero in utilitatem communitatis. (7)

Ordinaria sunt impensae, quae quotannis fiunt tum in administratione iustitiae, tum in festis votivis, honorariis ministrorum, cet. (8)

Onera extraordinaria vocantur sumptus, qui inopinato occurrunt, quibus subveniendis certa, et determinata quantitas solet adsignari. (9)

Quae nisi sufficiat civitatis congressus 6000 maravedisios potest expendere: id est viginti duas uncias argenteas, una semidragma : hispanice *veinte y dos pesos medio real de plata.* (10)

Si vero maiori quantitate sit opus, Regius Senatus est consulendus, eiusque adprobatio expectanda. (11)

Cum autem sumptus quicumque bonorum attento valore sint faciendi, curandum est ut singulis annis supersit unde census si quos habent impositos redimantur. (12)

Necnon ut populus exoneretur arbitriis, quae cum sint vectigalia ex certis rebus venalibus usu necessariis exacta, odiosa sunt existimanda. (13)

In America sunt et alia bona universitatis, quae *bona communitatis Indorum nuncupantur.* (14)

Hu-

(6) tot, tit. 5. lib. 7. Rec Cast. et 13. lib. 4. Ind. (7) l. 2. et 5. tit. 13. lib. 4. Rec. Ind. Reg. Instr. 30. Iul. an. 1760. art. 3. (8) Ead. Reg. Instr. art. 3. (9) Reg. Ord. Administr. Art. 34. et Sen. Consult. hui. Reg. Aud. 20 Maii an. 1806. art. 1. et 3. (10) Reg. Sch. 12. Iul. 1640. (11) l. 2. tit. 13. lib. 4. Rec. Ind. et dict. Sen. Cons. 20 Maii 1806. art. 3. in fine. (12) Reg. Instr, 30 Iul. 1760 art. 3. (13) ead. Reg. Instr. art. 3. et 17. et Reg. Ord. Administ. art. 47. (14) Tit. 4. lib. 6. Rec. Ind.

Huiusmodi bona sunt proventus collecti ex annuis sationibus, quas singuli Indorum ex ea universitate seorsim à suis operantur. (15)

Quibus exequendis ac lucrandis Gubernatorum vigilantiae merces quaedam proposita est. (16)

Quemadmodum autem solis Indis labor iniunctus est, sic pecuniae erogatio ipsorum utilitatem expectat. (17)

Si vero sumptibus satisfaciendis pecunia supersit, in censum est collocanda. (18)

Singulorum in iure vocantur res quas unusquisque civis in patrimonio suo habet. (19)

Porro res quae in proprietate, et usu nostro sunt, aut corporales existimantur, si sensibus percipi possunt, aut incorporales, si eisdem percipi nequeunt. (20)

Corporales aliae immobiles sunt, aliae mobiles, semoventes et aliae. (21)

Cum vero singulorum res, vires, et potentiam status plurimum augeant, reipublicae quam maxime interest ut cives opibus adfluant bonaque immobilia possideant. (22)

PARS II.
DE ADQUIRENDO RERUM DOMINIO.

SEcundum iuris obiectum, de quo in praesenti, versatur

(15) l. 31. tit. 4. lib 6. Rec. Ind. (16) Senat. Conslt. hui. Reg. Aud. 18 Februar. an. 1802. art. 1. (17) ll. 10, et 15. tit. 4. lib. 6, Rec. Ind. (18) l. 5. dict. tit. 4. lib. 6. R. Ind. et Reg. Decret. 26. Decembr. an 1804. art 14. Instruct. (19) l. 2 tit. 28. Partit. 3. (20) l. 1. tit. 30. Partit. 3 (21) l 4. tit. 29. P. 3. (22) Reg. Sched. 21. Febr. an. 1798. et Reg. Instr. 29 Ian. 1799. art. 17.

satur circa ius rerum, quemadmodum primum in iure personarum.

Ius itaque rerum duplex tantummodo esse potest: *in re, et ad rem.*

§. I. DE IURE IN RE, ET AD REM.

FAcultas homini in rem competens sine respectu ad certam personam, ius in re nominatur. (1)

Ad rem vero: facultas personae competens in personam ut haec dare aliquid aut facere teneatur. (2)

Ius itaque in re non erit momentaneum, nec re licet surrepta, aut deperdita expirat. (3)

Iuris ad rem unica est species, quae conspeciem non habet, scilicet obligatio, iuris in re quatuor inveniuntur, nempe: dominium, servitus, ius haereditarium, et pignus.

§. II. DE DOMINII NATURA ET ADQUIRENDI MODIS.

DOminium dicimus ius in re corporali, ex quo facultas de ea disponendi, eamque vindicandi nascitur, nisi lex, vel conventio, vel testatoris voluntas obstet. (1)

Dominium in plenum, et minus plenum communiter partitur.

In illo facultas de re disponendi eamque vindicandi coniunctae; in hoc eaedem quodammodo divisae sunt inter dominum quem *directum*, et eum quem

(1) Arg. l. 13. tit. 11. Partit. 3. (2) arg. l. 33. tit. 5. Partit. 5. (3) l. 13. tit. 11. Partit. 3. (1) l. 1. tit, 28. Partit. 3.

quem utilem adpellant. (2)

Dominii causa vel remotior esse potest, vel proxima: illa titulus dicitur ad transferendum dominium habilis, et ius ad rem tribuit. Haec vocatur modus adquirendi, et aliquem constituit dominum. (3)

Modi adquirendi, vel à iure naturalí, vel à iure civili proficiscuntur.

Iuris naturalis de quibus statim sermo, vocantur originarii, si res quae non sit in alterius dominio adquiritur: derivativi vero si dominium iam constitutum ab uno in alium transeat.

Modi originarii sunt duo: *occupatio* videlicet, et *accessio*; unus derivativus, qui adpellatur *traditio*.

Iuris civilis unus est universalis, nempe *haereditas*: alii singulares veluti *praescriptio*, *legatum*.

§. III. DE OCCUPATIONE.

Occupatio est rerum corporalium nullius adpraehensio cum animo sibi habendi. (1)

Nullius vero in iure esse censentur, quae vel natura non sunt in dominio, vel pro derelicto habita in dominio esse desierunt, (2)

Quae itaque sunt nullius cedunt occupanti. (3)

Species occupationis feruntur venatio, quo et piscatio, et aucupium pertinent, occupatio bellica, et inventio. (4)

Venatio est occupatio ferarum bestiarum; sive ter-

---

(2) Arg. dict. l. 1. tit. 28. P. 3. (3) ll 46, et 47. tit. 28, P. 3.
(1) l. 17. tit. 28. Part. 3. (2) arg. ll. 17. 47. et 49 tit 28. P. 3.
(3) dict. ll. (4) ll. 17. 20. 49. et 50. eod. tit. 28. P. 3.

terrestrium, sive volucrum, sive piscium. (5)

Non ergo possunt venari bestiae mansuetae, nec mansuefactae aliter quam si animum revertendi deposuerint. (6)

Quamvis ferae capi possint non modo in fundis propriis, sed et alterius; tamen si dominus ingredientem prohibeat, quidquid capiatur non fiet capientis, sed domini. (7)

Id vero in hac materia notatu dignum, quod pleraeque res, quae olim tamquam nullius ab unoquoque occupari poterant, in nostra Hispania, atque in America propter iura maiestatis sunt in potestate Principis.

Hinc merito Rex noster ex his nonnulla sibi vindicavit, omnibusque modum imponit.

Tale quid factum reperitur circa ius fodiendi mineralia, et metalla, bona vacantia occupandi, margaritas, et gemmas mari eiectas colligendi: quae quidem licet sibi vindicet, omnibus tamen certis conditionibus concedit. (8)

Ius vero venandi, et piscandi reipublicae utilitati consulens multis modis coarctavit. (9)

Hinc vetiti homines venationi solummodo incumbentes, vulgo *cazadores de profesion*: prohibitaque piscatio, quae propter modum, aut formam pisces extinguit, aut prolem laedit. (10)

---

(5) l. 17. eod. (6) ll. 19. 23. et 24. eod. tit. (7) l. 17. et 22. tit. 28. P. 3. (8) ll. 2. 3. et 4. tit. 13. lib. 6. Recop. Cast. ll. 1. et 2. tit. 19. lib. 4. Rec. Ind. Reg. Ord. Fodin. an. 1783. tit. 5. art. 1. l. 6. tit. 13. lib. 6. Rec. Cast. l. 6. tit. 12. lib. 8, R. Ind. tot. tit. 25. lib. 4. R. Ind. (9) tot. tit. 8. lib. 7. Rec. C. (10) ll. 1. 9. et 10. tit. 8. lib. 7. R. C. Prag. Sanct. 13. Mart. 1769.

Margaritarum etiam piscatio omnibus est concessa, dummodo Gubernatoris Provintiae venia impetretur, ac quinta earum pars Principi exsolvatur. (11)

§. IV. DE OCCUPATIONE BELLICA.

Occupatio bellica est rerum hostilium adprehensio. (1)

Res itaque hostium tamquam res nullius iure gentium considerantur. (2)

Cum vero hostis idem ius habeat in nos, quod nobis in illum, poterit quin furtum faciat res suas captas recuperare.

Hinc res mobiles non prius nostrae sunt, nisi per unam saltem noctem apud nos sint, vel eas in praesidia retulerimus. (3)

Id autem non sufficit si in mari fiat bellum, sed insuper requiritur, ut res captae in portum deducantur. (4)

Dominium vero rerum immobilium tum demum adquiritur cum per tractatum inter belligerantes pax est firmata. (5)

Praeda bello capta non est singulorum militum capientium, sed eius cuius sumptibus, et auspiciis bellum geritur. (6)

Semper autem quinta pars rerum mobilium ad Regem pertinet, immobiles vero cuiuscumque generis in totum illi adquiruntur. (7)

---

(11) l. 29. tit. 25. lib. 4. Rec. Ind. (1) l. 26. tit. 28. P. 3. (2) l. 20. tit. 28. P. 3. (3) l. 26. tit. 26. P. 2. (4) l. 13. tit. 9. P. 5. (5) Olmeda Ius publ. bel. cap. 11. (6 ll. 27. et 29. tit. 26. P. 2. (7) ll. 4. et 5. tit. 26. P. 2. l. 20. tit. 4. lib. 6. Rec. Cast.

Cursarii vero, qui in hostes maritimos bellum particulare adgrediuntur integram praedam sibi retinent. (8)

Quod intelligendum si excursionem fecerint venia praecedente Ministri Artis Nauticae, vulgo *Ministro de Marina*, ac cautione praestita de legibus servandis. (9)

§. V. DE INVENTIONE.

INventione adquiruntur res, quae vel sua natura nullius, vel pro derelictis habitae adprehenduntur. (1)

Hinc lapilli, et gemmae, quae in littore maris inveniuntur iure gentium invenientis fiunt. (2)

Tesaurus vero quamvis sit res pro derelicto habita, tamen iure nostro Regis est, et quarta tantum pars inventori pro praemio tribuitur. (3)

In America vero qui tesaurum conquirere voluerit, partem sibi tribuendam pascisci debet arbitrii Praesidum, aut Gubernatorum, cautione etiam praemissa de damnis illatis sarciendis. (4)

Quamvis metallorum fodinae ad regium patrimonium pertinere sit declaratum: omnibus tamen pleno dominio conceduntur. (5)

Hinc pro domini libitu possunt alienari, dummodo de auro, et argento inde extracto quintam partem Principi solvant. (6)

§.

(8) l. 21. tit. 4. lib. 6. R. Cast. Reg. Ordin. Cursar. 1. iul. 1779. art. 46. (9) Art. 1. dict. ordin. (1) ll. 5. et 19. tit. 28. Partit. 3. (2) dict. l. 5. (3) l. 1. tit. 13. lib. 6. Rec. Cast. (4) l. 1. tit. 12. lib. 8. Rec. Ind. (5) l. 4. tit. 13. lib. 6. Rec. Cast. et Reg. Ordin. Fodin. an. 1783. tit. 5. art. 1. et 2. (6) l. 1. tit. 10. lib. 8. R. Ind.

§. VI. DE ACCESSIONE.

ALter modus originarius est accessio: id est ius adquirendi, quod reì nostrae adiungitur incrementum.

Ea recte dividitur in naturalem, industrialem, et mixtam. (1)

Quidquid ergo vel naturae beneficio, vel arte, atque industria rei nostrae accedit, nostrum est. (2)

Naturalis accessionis modi sunt varii; veluti foetura, insula, alluvio, vis fluminis, et alvei mutatio. (3)

Unde animalium foetus, partus ancillarum, unoque verbo: omne quod res nostra ex se edit, sive ea mobilis sit, sive soli id nobis hoc iure adquiritur. (4)

§. VII. DE ACCESSIONE INDUSTRIALI.

SPecies huius accessionis sunt: adiunctio, specificatio, et commixtio.

Adiunctio est quando aliena res materiae nostrae adiungitur; veluti per inclussionem, intexturam, inaedificationem, aut scripturam. (1)

In his omnibus accessorium sequitur suum principale. (2)

Si vero adiunctio fiat per adferruminationem, tunc si id non fit cum materia eiusdem generis, dominium non adquirit adferruminator. (3)

Tabula etiam ob artis pictoriae dignitatem picturae cedit. (4)

Quia

---

(1) Arg. l. 25. et seq. tit. 28. Partit. 3. (2) dict. ll. (3) dict. ll. (4) ll. 25. 26. 27. et 31. tit. 28. P. 3. (1) ll. 35. 36. et 38. eod. tit. (2) dict. ll. (3) l. 35. tit. 28. P. 3. (4) l. 37. eod. tit.

Quia tamen iniquum est alterum cum alterius iniuria fieri locupletiorem, hinc in omnibus casibus; qui bona fide adiunxit, tenetur dominum rei adiunctae indemnem praestare; si vero mala fide, actione furti pulsatus totum amittet. (5)

Altera species industrialis accessionis est specificatio, quae datur cum quis ex aliena materia novam speciem efformat.

Itaque in hac accessione, si res reduci potest ad priorem formam dominus materiae, si reduci haud posset specificans novam speciem retineret. (6)

Id vero intelligendum quando bona fide quis novam illam speciem confecit, nam si mala, nihil inde lucratur. (7)

Circa confusionem, et commixtionem, quae species accessionis sunt, non una res est: nam si duorum materiae sive eiusdem, sive varii generis voluntate dominorum confusae sint, aut commixtae, eorum commune est corpus resultans. (8)

Si vero ab uno ex dominis altero invito confusio, aut commixtio facta sit communionem minime parit, sed cuiusque manet, quod antea fuerat. (9)

Demum si fortuito casu id contigerit, nec sine magno labore confusae, aut commixtae materiae dividi possint, utriusque commune corpus est: aliter atque quam sese res habet si materiae commode separari possunt. (10)

§.

(5) ll. 35. et 36. eod. (6) l. 33. tit. 28. Partit. 3. (7) dict. l. 33. in fine. (8) l. 34. eod. (9) ead. l. 34. (10) dict. l. 34.

§. VIII. DE ACCESSIONE MIXTA.

HAec datur quando et naturae beneficio, et industria hominum rei nostrae aliquid accedit, quo plantatio, satio, et fructuum perceptio refferuntur.

In satione et plantatione indubitatum est, quod quidquid solo implantatur, aut inseritur sive bona, sive mala fide, solo cedit. (1)

Fructuum perceptio est species accessionis, qua is qui rem alienam bona fide non interrupta ex iusto titulo possidet, loco domini est, et hinc fructus percipiendo suos facit. (2)

Si autem res à vero domino vindicetur, non adstringitur posessor restituere nisi extantes, et consumptos si ex illis sint, qui inter naturales habentur (3)

Qui demum mala fide possederit, nullos fructus suos facit, sed omnes etiam consumptos re evicta restituere tenetur. (4)

§. IX. DE TRADITIONE.

TRaditio est: modus adquirendi derivativus quo dominus, qui ius, et animum alienandi habet rem corporalem ex iusta causa in accipientem transfert. (1)

Haec fieri debet vel translatione rei naturali, vel signo quodam, vel demonstratione é longinquo, vel denique fictione cum iam accipiens ex alia causa possidet. (2)

Hinc

---

(1) l. 43, tit. 28. P. 3. (2) l. 39. eod. tit. (3) dict. l. 39. in med. (4) l. 40. tit. 28. Partit. 3. (1) l. 46. tit. 28. P. 3. (2) dict. l. 46. et ll. 6. 7. et 8. tit. 30. P. 3.

Hinc traditio erit aut naturalis, aut simbolica, nec non longa, aut brevi manu facta. (3)

Cum vero ad traditionem requiratur animus alienandi, et iusta causa ex qua fiat, non transferetur dominium si huiusmodi causa desit. (4)

Sed in emptione venditione non sufficit quidem causa, nisi vel pretium solutum sit, vel venditor fidem de emptore habuerit. (5)

AD TIT. III.

DE SERVITUTIBUS URBANORUM, ET RUSTICORUM PRAEDIORUM.

SErvitus est: ius in re aliena constitutum quo dominus in re sua aliquid pati, vel non facere tenetur in alterius personae, reive utilitatem. 1)

Itaque servitus erit personalis, si res serviat personae, realis vero, si res servit rei. (2)

Hae vel urbanae si aedificium aedificio, vel rusticae, si fundum fundo serviat. (3)

Utraeque debent esse in re aliena, et numquam in faciendo, sed in patiendo vel non faciendo debent consistere. (4)

Omnes etiam servitutes sunt individuae, et causam debent habere perpetuam. (5)

Servitutes urbanorum praediorum variae sunt: veluti tigni immittendi, altius tollendi, stillicidii recipiendi

---

(3) dict. ll. et 47. tit. 28. P. 3. (4) arg. dict. l. 46. (5) ead. l. 46. in med. (1) l. 1. tit. 31. P. 3. (2) ll. 1. et 20. eod. tit. (3) dict. l. 1. (4) ll. 1. 2. et 3. eod. tit. (5) ll. 8. et 9. dict. tit.

piendi, cet. (6)

Rusticorum praediorum denuo sunt variae: uti iter, actus, via, aquaeductus, hispanice *senda, guia, camino, y asequia,* cet. (7)

Hae omnes servitutes constituuntur conventione, praescriptione, aut ultima voluntate. (8)

Finiuntur consolidatione, remissione, et non usu. (9)

AD TIT. IV. DE USUFRUCTU.

PRima servitus personalis vocatur ususfructus: est que ius alienis rebus utendi fruendi salva earum substantia. (1)

Unde tantum in rebus quae usu non consumuntur proprie consistere potest. (2)

Qui ergo constituitur in rebus, quae ipso usu dispereunt non verus, sed quasi ususfructus est. (3)

Uterque tamen recte constituitur vel à lege, vel à iudice per sententiam, vel denique à domino per ultimam voluntatem, aut per pactum accedente quasi traditione.

Constitutus iam ususfructus variis modis expirat: morte scilicet fructuarii, cessione facta ipsi domino, vel é contra, consolidatione, rei fructuariae interitu, non usu decem annorum inter praesentes, viginti inter absentes, soluto iure constituentis, et denique lapsu temporis conventione definiti. (4)

AD

(6) l. 2. eod. tit. 31. P. 3. (7) ll. 3. et 4. eod. (8) l. 14. (9) ll. 16. et 17. dict. tit. 31. P. 3. (1) l. 20. eod. tit. (2) l. ead. (3) arg. l. 20. tit. 31. P. 3. (4) ll. 24. et 25. eod.

AD TIT. V.
DE USU, ET HABITATIONE.

USus altera servitutum personalium species est: ius rebus alienis tantum ad necessitatem utendi, salva earum substantia. (1)

Iisdem fere modis quibus ususfructus constituitur, ac finitur, nudus usus constitui, et amitti solet. (2)

At vero differt usus ab usufructu in utendi modo: minus enim iuris est in usu, quam in usufructu. (3)

Habitatio autem est: ius alienis aedibus habitandi cum personis quoquo modo ad nos pertinentibus. (4)

Servitus demum operarum est: ius omnem utilitatem ex operis servi alieni percipiendi. (5)

AD TIT. VI.
DE USUCAPIONIBUS.

LEgibus civilibus suam originem debere praescriptionem probabilius iudicamus.

Hae enim illam bono publico introduxerunt, partim ut finis esset solicitudinis, et periculi litium, partim ut homines negligentiores ad res suas vindicandas impellerentur. (1)

Est igitur praescriptio modus adquirendi dominium rei non vitiosae per continuationem possessionis cum bona fide, et iusto titulo, tempore à iure definito.

Ergo quinque ad praescriptionem requiruntur:

nem-

(1) l. 20. eod. tit. 31. P. 3. (2) dict. ll. 24 et 25. (3) dict. l. 20 in med. (4) l. 27. eod. tit. (5) l. 23. eod. tit. 31. P. 3. (1) l. 1. tit. 29. Partit. 3.

nempe res non vitiosa, bona fides, iustus titulus, continuata possessio, et tempus legis. (2)

Bona fides est: opinio qua quis abs iuris errore se dominum rei esse credit. (3)

Haec ex iure nostro tantum in initio praescriptionis, sed ex iure canonum, et generali interpraetum consensu, continua exigitur. (4)

Iustus titulus est causa habilis ad transferendum dominium; non tamen requiritur verus. (5)

Nihilominus opinio erronea iusti tituli non sufficit, nisi error sit justus. (6)

Possidere hic solus intelligitur, qui animo dominantis rem tenet. (7)

Continuata possessio dicitur, cum nec naturaliter per deiectionem è possessione, nec civiliter per citationem, aut litis contestationem interrupta est. (8)

Tempus lege definitum non unum idemque est in omnibus rebus praescriptionis capacibus.

Hinc datur praescriptio unius anni, (9) trium, (10) decem, (11) viginti, (12) triginta, (13) quadraginta, (14) centum annorum, (15) et immemorialis.

Haec nullo certo tempore circunscripta est, sed sufficit modo in contrarium nulla extet memoria.

Probari itaque debet per testes omni exceptione ma-

---

(2) tot. tit. 29. P. 3. (3) l. 9. eod. (4) l, 12. tit. 29. P. 3. Cap. 20 de Praescriptionibus. Greg. Lopez in l. 21. tit. 29. P. 3. (5) l. 9. eod. (6) l. 14. eod. tit. (7) l. 8. tit. 11. lib. 2. For. Reg. et l. 21. eod. (8) l. 7. t t, 11. lib. 2. For. Reg. et l. 29 tit. 29. P. 3. (9) l. 10. tit. 16. lib. 5. R. C. (10) l. 17. tit. 29. P. 3. l. 32. tit. 16. lib. 2. et 9. t. 15. lib. 4. R. Cast. (11) l. 18. t. 29. P. 3. l 6. in princ. tit. 15. lib. 4. R. C. (12) dict. l. 18. t. 29. P. 3. et l. 6. t. 15. lib. 4. Rec. C. (13) dict. l. 6, (14) ll. 7. 25. et 27. tit. 29. P. 3. (15) dict. l. 26. eod.

maiores. qui per quadraginta annorum spatium rem ita se habuisse deponant: ita quoque se accepisse à maioribus, nec ullum exemplum sibi notum esse in contrarium. (16)

Hac praescriptione adquiritur inferior iurisdictio qua civilis, qua criminalis: uti, et civitates, et pagi. (17)

Res demum quae nullo umquam tempore praescribuntur sunt: supraema Regis iurisdictio, tributa et vectigalia ipsi debita, res furtivae, et vi possessae, ac homo liber. (18)

AD TIT. VII.
DE DONATIONIBUS.

Donatio definitur: liberalitas in accipientem nullo iure cogente collata. (1)

Haec vel mortis causa fit, vel inter vivos. (2)

Illa erit cum donator morte demum insequuta dominium transferri vult, sive immineat mortis periculum, sive non.

Haec cum sine ullo respectu ad casum mortis celebretur ius ad rem consequendam statim donatario largitur.

Mortis causa donatio facilius irritatur quam inter vivos: ad id enim sufficit, quod donator salvus evadat á periculo, vel quod donavisse poeniteat. (3)

Inter vivos enim cum perfecta est non facile revocatur,

(16) l. 1. tit. 15. lib. 4. et 1. tit. 7. lib. 5. Rec. Cast. (17) ead. l. 1. tit: 15. lib. 4. R. C. (18) ead. l. 1. in fine et 2. 4. et 5. eiusd. tit. 15. lib. 4. R. C. et l. 24. tit. 29. P. 3. (1) l. 1. tit. 4. Part. 5. (2) l. 1, et 11. eod. (3) l. 11. tit. 4. P. 5.

catur, nisi quatenus inoficiosa, vel summam à lege concessam donari excedens (4) cum non sit insinuata, vel ob insignem donatarii ingratitudinem. (5)

Donationes vero Principi factae penitus insinuatione non indigent. (6)

Et similiter quae conferuntur in Ecclesias, Xenodochia, vel locum aliquem pium, et si quae sunt aliae eiusdem generis donationes. (7)

ADPENDIX
DE DONATIONIBUS PROPTER NUPTIAS.

VAriae reperiuntur in iure donationes causa matrimonii factae: principaliores autem sunt arrha, sive donatio propter nuptias, et sponsalitia largitas.

Prima antiquitus accipiebatur pro signo, sive argumento celebrati contractus sponsaliorum, et ideo *arrha* proprie vacabatur. (1)

Hodie vero arrha est donatio facta sponsae ab sponso in remunerationem dotis, vel virginitatis, vel nobilitatis. (2)

Haec donatio decimam bonorum mariti partem excedere non debet, sive respiciantur bona quae in praesenti habet, sive postea quaesita. (3)

Sponsalitia largitas est: donatio facta inter sponsos propter matrimonium contrahendum, et in vestibus pretiosis, atque ornamentis consistere solet. (4)

Nullius ergo est roboris si nuptiae non sequantur,

(4) l. 9. eod. tit. (5) l. 10. eod. (6) dict. l. 9. (7) ead. l. 9. circa fin. (1) l. 1. tit. 11. P. 4. (2) Gomes in leg 50. taur. num. 1. (3) l. 2. tit. 2. lib. 3. For. Reg. (4) l. 3. tit. 11. P. 4.

tur, nisi osculum intercesserit, quo interveniente pais dati dimidia sponsae, aut heredibus eius lucro cedit. (5)

Si vero copula interveniat nihil repetet donator, sed tota donatio quaeritur sponsae. (6)

Numquam tamen octavam dotis partem potest superare, aliter enim quod excesserit fisco tribuetur. (7)

Si demum uxori, et sponsalitia largitas, et arrhae fuerint constitutae, ipsa, aut heredes eius matrimonio soluto pro libito eligent has, vel illam habere. (8)

AD TIT. VIII.
QUIBUS ALIENARE LICET, VEL NON.

Quamvis effectus dominii sit facultas de re disponendi, propter eaque, et eam alienandi: tamen non omnes domini pro arbitratu de re sua disponere possunt. (1)

Hinc maritus qui rerum dotalium dominus est, eas alienare nequit, nisi aestimato ei dentur, aut ex iis sint, quae servando servari non possunt. (2)

Pupillus etiam, et minor etsi rerum suarum domini sine tutoris, vel curatoris auctoritate nequeunt illas alienare. (3)

Ex diverso, qui rei dominus non est, eam non numquam alienare potest, ut creditor qui pignus certis conditionibus recte alienat. (4)

AD

---

(5) dict. l. 3. in fine. (6) Ant. Gomes in lege 50. taur. num. 3. (7) ll. 1. et 5, tit. 2. lib. 5. R. C. (8) l. 4. tit. 2. lib. 5. R. C. (1) l. 1. tit 28. P. 3. (2) l. 7. tit. 11. P. 4. (3) l. 4. tit. 11. P. 5: l. 17. tit. 16 P. 6. (4) ll. 41. et 42. tit. 13. P. 5.

AD TIT. IX.
PER QUAS PERSONAS CUIQUE ADQUIRITUR.

LIcet olim servi quidquid adquirerent domini esset, (1) hodie tamen, et sibi adquirere, et peculium habere possunt. (2)

Filiusfamilias quidquid per occasionem armatae, vel togatae militiae adquirit pleno iure sibi adquirit. vocaturque peculium castrense, vel quasi. (3)

Profectitium vero quod è re patris. vel illius contemplatione filio obvenit, totum patris est: filio enim sola relinquitur administratio. (4)

Si quid demum alia ex causa filius sibi parat, adventitium dicitur peculium. (5)

Huius peculii proprietas penes filium est: administratio vero, et ususfructus penes patrem. (6)

AD TIT. X.
DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

INter dominium adquirendi modos civiles per universitatem bonorum, prior recensetur hereditas, quae ex testamento derivatur.

Transmissio enim testamentaria etsi à naturali quadam, ac dominio ingenita facultate suam trahit originem, formam vero, ac solemnitates á iure civili mutuatur.

Igitur ut liceat morituris de suis rebus disponere iuris naturalis est; ut non aliter liceat, quam hoc vel

(1) l. 7. t. 21. P. 4. (2) Reg. Sch. 31. Mai an. 1789. (3) ll. 1. et 7. tit. 17. P. 4. (4) l. 5. tit. 17. P. 4. (5) l. 5. eod. tit. (6) l. ad.

vel illo modo, à iure civili descendit.

Testamentum itaque est legitima voluntatis nostrae dispositio de eo quod ex bonis nostris post mortem fieri volumus. (1)

Condi potest testamentum vel in scriptis vulgo *cerrado*; vel viva voce passim *abierto*, quod nuncupativum adpellatur. (2)

Cum primo modo fit, septem testes cum tabellione sunt adhibendi, qui omnes una cum testatore supra scripturam subscribere debent. (3)

Si vero litteras exarare singuli nesciant, alii, vel alius pro aliis subscribant necesse est, ita ut octo subscriptiones, et tabellionis sigillum in scriptura inveniantur, (4) cum anni dieique expressione.

Aliter in scriptis conditum testamentum, nec in iudicio, nec extra, vires talis habebit. (5)

Testamentum nuncupativum aut cum tabellione, et tribus testibus vicinis conficitur, et valet omnino, aut sine eo sola testium praesentia. (6)

Tabellionis enim defectum quinque vicinorum, aut septem quorumcumque testium praesentia. (7)

Attamen testium inopia, et tabellionis defectu, tres sufficient testes ut voluntas testatoris substineatur. (8)

Sed in hoc casu testium depositione, ac iudicis cognitione opus est, ut valorem, aut nullitatem, instrumenti declaret. (9)

Hu-

(1) l. 1. tit. 1. P. 6. (2) l. ead. et 1. ac 2. tit. 4. lib. 5. R. Cast. (3) l. 2. tit. 4. lib. 5. R. C. (4) dict. l. 2. Rec. et l. 3. tit. 9. lib. 2. for. R. et 13, tit. 25. lib. 4. Rec. Cast. (5) ead. l. 2. in fine. (6) dict. l. 1- tit 4. lib. 5. Rec. Cast. (7) ead. l. 1. (8) ead. l. 1, (9) Febrero cap. 1. num. 269.

Huiusmodi cognitio et declaratio in prima instantia iudicibus ordinariis incumbit. (10)

At cum aliquis ultra mare, aut Provintiae ditionem natus, in America sic testatus decedit, praeter ordinarii iudicis declarationem Regalis Audientiae adprobatio spectanda est. (11)

Similiter integrum requiritur in testatore iudicium, (12) utque etiam quod unico contextu fiat testamentum. (13)

Aequè necessarium est ut testes, qui testamento intersunt sint habiles, atque à iure minime prohibiti.

Tales sunt damnati de furto, homicidio, cet. haeretici, apostatae, foeminae, impuberes, mentecapti, surdi, et muti, ac prodigi quibus bonis interdictum est. 14)

Non minoris necessitatis est solemnitas papyri sigillatae, quae in testamento nuncupativo debet esse tertio sigillo munita quando per tabellionem ritu legali conficitur. (15)

Quando autem sola testium praesentia memoria quaedam in simplici schedula per modum testamenti ordinatur, aut oretenus ultima voluntas exprimitur, ea quae acta sunt in protocollo custodiri originalia sufficit. (16)

Testamentum autem in scriptis communi papyro ordinatum, semel apertum transcribi in papyro tertii sigilli debet, atque in protocollo interseri. (17)

Co-

---

(10) Reg. Sched. 20. Novembr. an. 1801. (11) l. 43. tit. 32. lib. 2. Rec. Ind. Instruct. Curiae vulgo *de difuntos* art. 5. et Reg. Sch. 25. Septembr. an. 1797. (12) l. 13. in med. tit. 1. P. 6 (13) l. 3. eiud. tit. (14) l. 14. tit. 16. P. 3. et 9. et 11. tit. 1. P. 6. (15) l. 18. tit. 23. lib. 8. Rec. Ind. (16) Febr. cap. 1. §. 25. num. 269. (17) l. 45. num. 22. §. 3. tit. 25. lib. 4. Rec. Cast.

Copiae vero utrorumque, folium primum debet esse secundi sigilli, aliorum papyri communis. (18)

Sunt praeterea, et alia utriusque generis testamentis necessaria, tum ex parte testatoris, tum heredis de quibus in sequentibus erit sermo.

AD TIT. XI.
DE MILITARI TESTAMENTO.

MIlitare testamentum liberum ac solutum est, solemnitatibus iuris. (1)

Milites itaque possunt pro suo arbitrio testamenta condere quocumque modo de eorum voluntate certo constet: alias enim dubia militum voluntas pro testamento non habetur. (2)

Hinc vel ipsorum scriptura, vel ex duorum saltem testium depositione eorum voluntas adparere debet. (3)

Immo non solum milites, sed et omnes, qui propter eorum munera, aut alias privilegio gaudent militari hoc modo testari possunt. (4)

AD TIT. XII.
QUIBUS NON EST PERMISSUM FACERE TESTAMENTUM.

NOn omnibus indiscriminatim licet condere testamentum. ( )

(18) dict. l. 18. tit. 23. lib. 8. Rec. Ind, (1) l. 4. tit. 1. P. 6. (2) ead. l. 4. tit. 1. P. 6. ordin. gener. exe c. tract. 8. tit. 11. et Reg. Sched. 24. Octobr. 1778. (3) l. 4. tit. 1. P. 6. (4) ead. Reg. Sched. 24. Octobr. 1778. (1) l. 13. tit. 1. P. 6.

Hinc testari non possunt impuberes, mentecapti, surdi, et muti, prodigi, haeretici, apostatae, et similes. (2)

Episcopi, et clerici de bonis intuitu Ecclesiae adquisitis. (3)

Quod vero ad clericorum adtinet testamentum, factum sustinetur ex antiqua consuetudine. (4)

Servi vero cum peculium iure nostro possint habere, de illo rite testantur. (5)

Filiifamilias puberes non tantum de bonis castrensibus, et quasi, sed et de adventitiis possunt condere testamentum. (6)

Immo quamvis nullum peculium habeant, adsignante patre quantitatem, de illa possunt testari. (7)

Recte etiam testamentum condunt peregrini, seu exteri peregrinantes, deportati, et damnati ad mortem de bonis non sequestratis, et ab hostibus capti. (8)

AD TIT. XIII.
DE EXHEREDATIONE LIBERORUM.

HEredes necessarii si qui testatori sint, debent vel institui, vel iusta de causa exheredari. (1)

Igitur si alius heres eorum loco instituatur, testamentum hac in parte nullum erit: legata vero, coeteraque in ipso contenta subsistent quatenus legitimam non minuant. (2)

---

(2) ead. l. et 16. dict. tit. (3) l. 4. et 8. tit. 21. P. 1. (4) l. 13. tit. 8. lib. 5. Rec. C. l. 6. tit. 12. lib. 1. Rec. Ind. (5) Reg. Sche. 31. Maii 1789. art. 3. (6) l. 4. tit. 4. lib. 5. Rec. C. (7) Febr. 1. Pte. cap. 1. §. 1. num. 9. (8) l. 30. tit. 1. P. 6. l. 2. tit. 11. lib. 1. et l. 3. tit. 4. lib. 5 Rec. Cast. (1) l. 10. tit. 7. P. 6. (2) l. 1. tit. 4. lib. 5. Rec. Cast.

Exheredare itaque est: adsendentem, vel descendentem heredem futurum ab hereditate repellere. (3)

Id fieri debet nominatim, et ex causis à iure probatis, ex quibus fere omnes ad ingratitudinem reduci poterunt. (4)

Ut exheredatio effectum sortiatur praeter dicta, causa à testatore adsignata, ab herede instituto probanda est. (5)

Si vero exheredatus tacite, vel expraesse exheredationi consentiat valida erit, neque postea apud iudicem audietur. (6)

Praeterire est: liberos neque heredes instituere, neque ut oportet exheredare. (7)

Si hoc fit alio herede instituto, testamentum in hac parte evanescit. (8)

Sustinebitur vero si testator cum liberis decedens, et non ignorans eos habere, nullum omnino heredem instituit, quasi in hoc casu liberi ipsi instituti videantur. (9)

Legata etiam si quae sint erunt praestanda, dummodo quinti limites non excedant. (10)

Nec non et meliorationes tertii, et quinti si factae fuerunt manebunt firmae. (11)

AD TIT. XIV.
DE HEREDIBUS INSTITUENDIS.

HEredis institutio est: scribere, vel nuncupare testamen-

(3) l. 1. tit. 7. P. 6. (4) li. 2. 3. et 4. tit. 7. P. 6. l. 1. tit. 1. lib. 5. R. C. Reg. Sch. 7. Apr. 1778. (5) l. 1. tit. 9. lib. 3. For. Reg. l. 10. tit. 7. et 7. tit. 8. P. 6. (6) l. 6. tit. 8. P. 6. (7) l. 10. tit. 7 P. 6. (8) l. 1. tit. 4. lib. 5. Rec. Cast. (9) arg. dict. l. 1. tit. 4. lib. 5. R. C. (10) l. ead. (11) arg. dict. l. 1.

tamento, quem quis velit sibi bonorum, et universi iuris successorem esse. (1)

Heredes institui prohibentur haeretici, apostatae, scienter rebaptizati, iudaei, ac mahumedani, et confraternitates, seu collegia quae contra ius vel Principis voluntatem sunt condita. (2)

Filii naturales etsi fuerint legitimati per Principis rescriptum, non poterunt à parentibus institui heredes, si his filii legitimi, vel legitimati per subsequens matrimonium extiterint. (3)

Huiusmodi vero filiis poterunt parentes quintam bonorum partem relinquere. (4)

Non extantibus autem legitimis, aut per subsequens matrimonium legitimatis, recte instituentur à parentibus, quamvis sui adscendentes supervivant. (5)

Filii spurii respectu matris eiusdem sunt conditionis, ac naturales respectu patris. (6)

Si vero nati sunt ex damnabili, et punibili coitu, tunc mater quintam dumtaxat bonorum partem illis relinquere valet. (7)

Coitus damnabilis, et punibilis ille dicitur per quem mater poena mortis debet puniri. (8)

A successione autem patris ita exclusi sunt spurii, ut quintam tantum bonorum partem eis relinquere valeat, et quidem alimentorum causa si egeant. (9)

Demum, qui ex Clericis in sacris constitutis, Monachis, aut Monialibus professis fuerint orti, nec à pa-

---

(1) l. 1. tit. 3. P. 6. (2) l. 4. tit. 3. P. 6. (3) l. 10. tit. 8. lib. 5. Rec. Cast. (4) ead. l. 10. et 8. (5) ll. 7. et 8. tit. 8. lib. 5. R. C. (6) l. 7. eod. tit. (7) ead. l. 7. (8) dict. l. 7. (9) l. 5. tit. 19. P. 4. ex 8. tit. 8. lib. 5. Rec. Cast.

parentibus, nec à cognatis eorum institui, vel quidquam ullo titulo capere possunt. (10)

AD TIT. XV. ET XVI. DE VULGARI ET PUPILLARI SUBSTITUTIONE.

NE testatores praeter suam voluntatem careant herede quia forte institutus non possit, aut nolit heres esse, alium vel alios substituere heredes ipsis iure permissum est. (1)

Haec quae vulgaris adpellatur substitutio nihil aliud est quam institutio heredis secundi in locum deficientis primi. (2)

Pupillorum vero favore, ne scilicet facultate testandi propter aetatem destituti, intestati decedere cogantur, introducta fuit pupillaris substitutio. (3)

Haec est quae fit á patre filiofamilias impuberi, non solum in eum casum quo heres non fuerit, sed et si fuerit, impubes tamen decesserit. (4)

Substituere igitur pupillariter dumtaxat possunt ii, qui liberos in potestate habent. (5(

Est et alia substitutio ad exemplum pupillaris introducta, ipsique pupillari finitima, atque adeo exemplaris passim vocatur. (6)

Eaque est, quae fit à parentibus liberis mentecaptis, in eum casum, si in tali conditione decesserint. (7)

Cum-

---

(10) l. 7. eod. tit. (1) Prolog. tit. 5. Partit. 6. (2) l. 1. tit. 5. Partit. 6. (3) l. 1. et 5. eod. tit. (4) dict. l. 5. (5) dict. l. 5. tit. 5. P. 6. (6) l. 1. eod. tit. (7) l. 11. eod.

Cumque similis substitutio solius humanitatis causa sit introducta nullo habito respectu ad patriam potestatem: hinc exemplatiter substituere possunt parentes omnes sine distinctione sexus, aut potestatis. (8)

Non tamen qualescumque hoc ultimo modo, substitui possunt a parentibus, sed si mentecapto fuerint liberi, eos omnes substitui necesse est. (9)

At vero his non extantibus frater, et denique si frater non extet quilibet extraneus. (10)

Sunt et aliae substitutiones in iure nostro, veluti compendiosa, breviloqua, et fideicommissaria; (11) quae interroganti explicabuntur.

AD TIT. XVII.
QUIBUS MODIS TESTAMENTA INFIRMANTUR.

INfirmari testamentum dicitur cum nullum operatur effectum.

Hoc cum multis modis contingat, hinc aliud est nullum, aliud ruptum, et recissum.

Nullum dicitur dum testator aut natura impotens, aut per leges inhabilis, aut solemnitates pro forma requisitas omittit. (1)

Rumpitur testamentum per agnationem posthumi sive naturalis, sive civilis, et per posterius testamentum perfectum. (2)

Primo modo rumpitur quando post conditum tes-

(8) d. c. l. 11. (9) ead. l. 11. (10) ead. l. 11. (11) ll. 12. 13. et 14. tit. 5. Partit. 6. (1) ll. 1. et 2. tit. 4. lib. 5. Rec. Cast. (2) ll. 20. et 21. tit. 1. Partit. 6.

testamentum, testatori filius, vel filia nascitur, et dum aliquem adoptat, vel legitimat. (3)

Posteriore testamento itidem rumpitur prius, modo illud perfectum sit per omnia, etiam si priori adiecta sit clausula generalis derogatoria. (4)

Attamen si testator falsa causa ductus, quam exprimit alium condit testamentum, prius non rumpetur. (5)

Idem continget si posterius testamentum clausulam revocatoriam specialem non contineat prioris illam habentis. (6)

Rescinditur demum testamentum cum ipso iure valet, sed querelae inofficiosi locum patet. (7)

AD TIT. XVIII.
DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

QUerela inofficiosi testamenti: est actio qua descendentes, vel adsendentes iuste exheredati rescindunt testamentum quoad institutionem heredis, si causa vera non probetur. (1)

Sola ergo heredis institutio vitiatur, coeteris testamento contentis in suo robore manentibus. (2)

Fratres tum tantum querelam habent, cum frater germanus ipsis neglectis personam turpem seu infamem heredem instituit. (3)

Cessat querela si alio iure, vel alia via ad defuncti

(3) l. 20. eod. tit. et l. 2. tit. 8. lib. 5. Rec. C. (4) ll. 22. et 25. tit. 1. P. 6. (5) l. 21. eod. (6) dict. l. 22. (7) arg. leg. 1. tit. 8. P. 6. (1) l. 10. tit. 7. 1. et 5. tit. 8. P. 6. (2) l. 1. tit. 4. lib. 5. Rec. Cast. (3) l. 12. tit 7. et 2. tit. 8. Partit. 6.

functi hereditatem exheredatus venire potest. (4)

Unde si pater filium, vel filius patrem exheredaverit sine causa, vel cum tali, quae non sit iuri probata, non dabitur querela. (5)

Similiter si exheredatus ei renuntiaverit, vel expresse, vel tacite, ut si post quinquennium ab adita hereditate computandum tacuerit. (6)

Tandem cessabit si deffunctus in suo testamento quidquam reliquerit necessario heredi iure institutionis: tunc enim cessante querela datur actio ad implementum legitimae. (7)

Legitima autem quae filiis debetur omnia parentum bona compraehendit quinto excepto, de quo et inter extraneos disponere parentes possunt. (8)

Ea vero quae parentibus debetur duas tantum hereditatis partes complectitur. (9)

Igitur liberi tertium bonorum suorum in praeiudicium parentum cuilibet extraneo relinquere valent. (10)

Quamvis parentibus non sit concessum extraneis relinquere tertium, possunt tamen illud designare uni, vel pluribus liberorum. (11)

Cum ergo parens uni, aut pluribus è liberis tertium, vel quintum reliquit, eos dicitur meliorare. (12)

Si vero utramque meliorationem parens fecerit prius quintum quam tertium deducitur favore animae testatoris. (13)

Possunt denique parentes meliorationes in re certa,

---

(4) l. 1. tit. 8. P. 6. (5) l. ead. circa finem. (6) l. 4. tit. 8. P. 6. (7) l. 5. tit. 8. P. 6. (8) l. 12. tit. 6. lib. 5. Rec. C. l. 7. tit. 12. et 10. tit. 5. lib. 3. For. Reg. (9) l. 1. tit. 8. lib. 5. Rec. Cast. (10) ead. l. 1. (11) l. 10. tit. 5. lib. 3. For. Rég. et l. 2. tit. 6. lib. 5. R. C. (12) tot: tit. 6. lib. 5. R. C. (13) l. 214. stili.

1. 5. tit. 6. R. Cop. C.

ta, vel parte bonorum suorum adsignare, non tamen hanc adsignandi facultatem alteri committere. (14)

AD TIT. XIX.
DE HEREDUM QUALITATE ET DIFFERENTIA.

HEredes apud nos sunt vel necessarii, vel voluntarii sive extranei.

Necessarii ideo dicuntur quia necessario sunt instituendi, vel nominatim, et ex iusta causa exheredandi. (1)

Tales sunt liberi respectu parentum, et hi respectu liberorum. (2)

Possunt ergo utrique hereditatem repudiare. (3)

Ius deliberandi est: spatium heredi à iudice concessum ad deliberandum utrum adire, an repudiare hereditatem velit. (4)

Beneficium inventarii est: ius quo heres rite illo confecto ultra vires hereditatis non tenetur. (5)

AD TIT XX.
DE LEGATIS.

LEgatum est: donatio quaedam á testatore relicta, ab herede praestanda. (1)

Legata sunt vel voluntaria, vel necessaria, quae vul-

(14) l. 3. tit. 6. lib. 5. Rec. Cast. (1) arg. l. 1. tit. 8. P. 6. et l. 5. tit. 6. lib. 5. Rec. C. (2) eaed. ll. (3) dict. l. 5. tit. 6. lib. 5. Rec. C. (4) l. 1. tit. 6. P. 6. (5) l. 5. tit. 6. P. 6. (1) l. 1. tit. 9. Partit. 6.

A. Lex 25., tit. 3., p. 6.,

... e legem 7., eiusd. p. et.

vulgo *mandas forzosas* dicuntur. (2)

Prima á testatoris libitu pendent: secunda ad certas causas pias ex iuris praescripto sunt relinquenda. (3)

Tales sunt in hac Metropoli Confraternitas SS. Sacramenti, B. V. de Guadalupe Mexicana, S. loca Ierosolimae, et Captivorum redemptio. (4)

Legare possunt omnes quibus testamentum, vel códicillum facere permititur. (5)

Consimiliter legari potest omnibus cum quibus testamenti factio est, id est, qui ex testamento capere possunt. (6)

Confessarius vero testatoris, nec eius Ecclesia, aut conventus, vel consanguinei, legatum, vel fidei commissum ex deffuncti testamento in ultima infirmitate condito percipere potest. (7)

Legari res omnes possunt qua corporales, qua incorporales, quae tamen commercio non sunt exemptae etiam si in rerum natura non sint, modo existere sperentur. (8)

Et ex his non solum quae testatoris, et heredis sunt propriae, sed etiam alienae recte legantur si testator sciebat eas esse alienas, nisi forte legatarius sit persona coniuncta. (9)

Harum rerum dominium si vivo testatore legatarius adquisierit, si quidem ex onerosa causa, illarum pretium debetur, contra si ex lucrativa. (10)

Sed et quae res pignori obligata est, legari recte

---

(2) tot. tit. 9. P. 6. arg. l. 5. num. 5. tit. 2. lib. 5. R. C. (3) ll. eaed. (4) Reg. Sch. 7. Decembr. an. 1756. Febr. Pars 1. §. 1. num. 26. (5) leg. 1. tit 9. P. 6. (6) l. ead. (7) Senat. Cons. 3. tit 10. lib. 5. Rec. Reg. Sch. 18. Aug. 1771. et 13. Febr. 1783. (8) ll. 12. 13. et 15. tit. 9. P. 6. (9) l. 10. eod. (10) ll. 43. et 44. eod.

te potest, si testator sciebat eam oppignoratam esse, quo casu heres ipsam luere tenetur. (11)

Similiter haud inutile erit legatum rei oppignoratae pignoratario factum, quamvis heres debitum ab ipso possit exigere. (12)

Legari etiam possunt liberatio, et nomen, et tunc per primum legatum tenetur heres chirographum reddere debitori: per secundum actiones cedere legatario. (13)

Recte etiam legatur non solum species, sed et quantitas, et genus. (14)

Species vero legata non heredi, sed legatario perit, nisi culpa illius interveniat. (15)

In legato generis electio est penes legatarium, nisi aliud testator senserit. (16)

Non tamen potest legatarius optimum eligere, nisi et optio illi sit legata. (17)

AD TIT. XXI.
DE ADEMPTIONE, ET TRANSLATIONE LEGATORUM.

INfirmantur praecipue legata ademptione, et translatione.

Id potest fieri vel in testamento, vel in codicillis, (1) nec non aut tacite, aut expresse. (2)

AD

(11) l. 11. in princ. eod. tit. (12) l. 16. (13) arg. l. 47. tit. 9. P. 6. (14) tot. tit. 9. (15) l. 41. eod. tit. (16) l. 27. (17) l. ead.
(1) l. 39. tit. 9. P. 6. (2) l. 40. eod.

AD TIT. XXII. DE LEGE FALCIDIA.

Lex qua cavetur ut heredi extraneo quarta pars bonorum salva supersit, vocatur *Falcidia.* (1)

Locum ergo habebit cum testator totam hereditatem legatis exhauserit, de quibus quartam partem iure detrahet. (2)

Antequam vero quartam deducat prius detrahenda sunt: aes alienum, funeris impensae, et pretium servorum manumissorum. (3)

AD TIT. XXIII. ET XXIV. DE FIDEICOMMISSARIIS HEREDITATIBUS, ET AD S. C. TREBELLIANUM, ET DE SINGULIS REBUS.

Fideicommissum est: liberalitas quae verbis praecariis à testatore relinquitur, atque alterius ministerio committitur. (1)

Estque duplex: universale videlicet, et particulare, seu potius singulare. (2)

Universale est: quando alicui, vel tota hereditas, vel eius pars per modum fideicommissi relinquitur, et vocatur *hereditas fideicommissaria.* (3)

Singulare quando res singularis veluti genus, species, aut quantitas verbis praecariis relinquitur. (4)

Potest relinqui fideicommissum vel in testamento, vel in codicillis. (5)

---

(1) l. 1. tit. 11. P. 6. (2) ead. l. (3) l. 2. cod. tit. (1) l. 14. tit. 5. P. 6. (2) ead. l. et 25. tit. 11. P. 3. (3) dict. l. 14. tit. 5. P. 6. (4) dict. ll. (5) l. 3. tit. 9. Partit. 6.

AD TIT. XXV.
DE CODICILLIS.

Codicilli sunt voluntatis testatio minus solemnis, in hoc comparáta, ut quis in suo testamento aliquid explicet, addat, aut minuat. (1)

Igitur neque dari, neque adimi hereditas directe codicillis potest. (2)

Si in scriptis condantur quinque testes, qui subscribant necesse est: si vero nuncupative fiant eadem solemnitas quam in testamentis nuncupativis necessariam diximus, requiritur. (3)

---

(1) l. 1. tit. 12. Partit. 6. (2) l. 2. eod. (3) dict. l. 1. et l. 2. tit. 4. lib. 5. Rec. Cast.

Imprimatur.
Dr. Roxas, Rect.